.222
22

martirum stabilitate et pacientia. De cõfessorũ pietate et clemencia. De
virginũ castitate et cõtinentia. Reuera vox et lingwa deficit. qꝫ intellec
tus cape non suffici . q̃ntum sit gaudiũ angelorũ choris interesse cum
beatissimis spiritibus glorie cõditoris assistẽ. presentẽ dei wltum cernẽ
Incircũscriptum lumen videre . nullo metu mortis affici . De corrup-
tõnis ꝑpetue munere letari. O q̃ felix erit tibi hec dies. cũ fueris ad he
reditatem patrũ tuorũ reuersa. et qñ ab hijs omnibus cũ inestimabili
gaudio fueris assumpta. et ad thalamũ sũmi regis feliciter introducta.
Jam nunc expgiscere o anima mea. et cum illa famosa regina saba . cũ
aromatibꝫ virtutũ. cũm thesauris bonorũ opum . cũ magno apparatu
celestium desideriorũ. ascende in illã ihrlm supnam. et cõtemplare dilig̃
ter singula. et vide q veritas vincit famam. gloria exupat omnẽ loq̃lã.
si forte possis ex ãmiratõis magnitudiẽ. extra humanũ spiritum rapi.
et miro quodãmõ in diuinũ spiritũ transformari . vt dicere incipes cuꝫ
petro in magno cordis iubilo . Domine bonũ ẽ nos hic esse hic pater
hic soror hic frater. Hic patria. O dñe permitte nos hic esse. et ab hinc
nũq̃ discedere. Ambro. Fugiamus o anima in patriã verissimã . q̃ illic
est patria. ad quam cõditi sumus. pater a quo creati sumus. ibi ẽ ihrlm
ciuitas supna que est mater nostra. Anshel. O anima tantus debet esse
in hac vita mortali amor et desiderium puẽiendi ad illud ad quod fac
ta es. et dolor qꝫ ibi nõdum es . et timor ne forte nõ puenias. ut nullam
leticiã sentire debeas. nisi de hijs que tibi aut auxiliũ aut spem cõferunt
puẽiendi.

Anima dicit.

O homo dũ hec aliqñ cogito. dum hec tacita mente mecũ ptracto. quid
ẽ quod nũc interlucet m̃ . ptulit cor meum sine lesione. et inhorresco ac
ardesco. Augu . Intromittor aliqñ mentaliter in affectũ multum inusi
tatum. nescio q̃m dulcedinẽ q̃ si pficeretur in me nescio quid erit quod
vita ista nõ erit. Sed recidiuo onerosis ponderibus. et resorbeor solitis
curis. hic eẽ valeo nec volo. illic esse volo nec valeo. miser vtrobiqꝫ Hec
Augu. in libro cõfessꝫ. vndecimo.

Homo. Respondet.

O anima puto q hec celestia sine prelibatione dulcedinis nõ possunt a
digne dispositis cogitari. sed nescio quid tunc erit. cum pfecte in re sine
enigmate poterit degustari. Unde non est mirandum si p̃libatõ talium.
tibi intulit huius exilij tediũ. quia nichil ẽ magis amarũ. q̃ postq̃ aĩa
cõsueuit talium p̃gustatõne consolari. si rursum incepit mũdialibus et
transitorijs implicari. hinc est q aĩa laborat. luctatur anxiatur illic sem
per esse cupit nec sufficit. hic esse cõpellitur. sed illic post hoc qđ p̃gusta-
tum est ascendere conatur . Jã ei et gustato spiritu desipit omnis caro.
Vidisti gaudiũ beatorũ de hijs que sunt infra te. de hijs que sunt iuxta
te. Vide modo si potes quale gaudiũ futurũ sit de hijs que sunt intra te
Homo enĩ bene remunerabitur in corpe et in mente et iterum eterna et

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-134/0041
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG